



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum iniustitia sit speciale vitium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

posita est potissima inter omnes virtutes, quæ sunt ad proximum. Et hoc probavit author, quia actus eius, scilicet subleuare alterius defectum, est superioris, & sic sumpta misericordia supra iustitiam etiam legalem est, ut actus utriusque comparando patet. Longe siquidem maioris est subleuare communitatem a miseria, seu defectu, quam tribuere communitati, quod sibi debetur. Non enim misericordia sic sumpta est respectu particularis proximi tantum, sed etiam respectu communitatis. Potest enim communitas ipsa in defectu, miseriamque incidere. Nec author propterea contradixit sibi hic, & ibi: quonia sermo de misericordia sic sumpta, est singularis. Nec intendebat author comparare hic iustitiam misericordiam sic sumptam, sed solis virtutibus, quæ inter virtutes morales communiter numerantur, quales non est misericordia sic sumpta.

In corp. art.

¶ Super quest. quinquagesimanona articulum secundum.

IN quest. quinquagesimanona, ar. 2. ad tertium dubium occurrit circa illa verba. Et ideo, quod est per accidens, & prater intentionem, non potest dici temperatum nec formaliter, nec materialiter: & similiter neque intemperatum. Et est ratio dubij, quia si quis ignorans vini potentiam, ut Noe, inebriatur, licet potus ille non esset formaliter ebrietas, fingi tamen non potest, quin sic materialiter ebrietas: quod est esse materialiter intemperatum. Et similiter est in cibis, qui ignoranter sumuntur improporcionati sanitati corporis: constat enim ibi esse intemperatum materialiter.

Supra q. 58. ar. 5. ad 3. & infra. q. 79. ar. 2. ad 3.

¶ Ad hoc dicitur, quod dubium procedit ex malo intellectu differentie posite in littera inter iniustum, & intemperatum. ¶ Ad cuius euiden-

stos maxime honorant, quonia fortitudo est utilis in bello, iustitia autem in bello, & in pace. **A**D PRIMVM ergo dicendum, quod liberalitas etsi de suo det, tam hoc facit, in quantum in hoc consistat proprie uirtutis bonum: iustitia autem dat alteri quod suum est, quasi considerans bonum commune. Et praterere a iustitia obseruatur ad omnes: liberalitas autem ad omnes se extendere non potest. Et iterum liberalitas, quæ de suo dat, supra iustitiam fundatur, per quam unicuique, quod suum est, tribuitur.

AD SECUNDVM dicendum, quod magnanimitas quando superuenit iustitiam, auget eius bonitatem, quæ tam sine iustitia nec uirtutis rationem haberet. **A**D TERTIVM dicendum, quod fortitudo etsi consistat circa difficiliora: non tamen est circa meliora, cum sit solum in bello utilis, iustitia autem & in pace, & in bello, sicut dictum est.

QVAESTIO LIX.

De iniustitia, in quatuor articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de iniustitia. **E**T CIRCA hoc queruntur quatuor.

- ¶ Primò, Vtrum iniustitia sit speciale uitium.
- ¶ Secundò, Vtrum iniusta agere sit proprium iniusti.
- ¶ Tertiò, Vtrum aliquis possit iniustum pati uolens.
- ¶ Quartò, Vtrum iniustitia ex suo genere sit peccatum mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iniustitia sit uitium speciale.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur, quod iniustitia non sit uitium speciale. Dicitur enim I. Ioan. 3. Omne peccatum est iniquitas: sed iniquitas uel idem esse quod iniustitia, quia iustitia est æqualitas quædam. Vnde iniustitia idem uidetur esse quod inæqualitas, siue iniquitas: ergo iniustitia non est speciale peccatum.

¶ 2. Præter. Nullum speciale peccatum opponitur omnibus uirtutibus: sed iniustitia opponitur omnibus uirtutibus: nam quantum ad adulterium, opponitur castitati, quantum ad homicidium, opponitur mansuetudini, & sic de aliis: ergo iniustitia non est speciale peccatum. ¶ 3. Præter. Iniustitia iustitiam opponitur, quæ in uoluntate est: sed

omne peccatum est in uoluntate. ut Aug. dicit: ergo iniustitia non est speciale peccatum.

SED CONTRA est, quod iniustitia iustitiam opponitur: sed iustitia est specialis uirtus: ergo iniustitia est speciale peccatum.

RESPOND. Dicendum, quod iniustitia est duplex. Vna quidem illegalis, quæ opponitur legalitati, & hæc quidem secundum essentiam est speciale uitium, in quantum respicit speciale obiectum, scilicet bonum commune, quod contemnit: sed quantum ad intentionem est uitium generale, quia per contemptum boni communis potest homo ad omnia peccata deduci. Sicut etiam omnia uitia, in quantum repugnant bono communi iniustitie, habent rationem quasi ab iniustitia deriuata, sicut & supra de iustitia dictum est. Alio modo, dicitur iniustitia secundum inæqualitatem quandam ad alterum, prout scilicet homo uult habere plus debonis, puta, diuitiis, & honoribus, & minus de malis, puta, laboribus, & damnis. Et sic iniustitia habet materiam specialem, & est particulare uitium iustitiam particulari opponitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut iustitia legalis dicitur per comparisonem ad bonum commune humanum: ita iniustitia diuina dicitur per comparisonem ad bonum diuinum, cui repugnat omne peccatum, & secundum hoc omne peccatum dicitur esse iniquitas.

AD SECUNDVM dicendum, quod iniustitia etiam particularis opponitur indirecte omnibus uirtutibus, in quantum scilicet exteriores actus pertinent & ad iustitiam, & ad alias uirtutes morales, licet diuersimode, sicut supra dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod uoluntas, sicut & ratio se extendit ad materiam totam moralem, scilicet ad passiones, & operationes exteriores, quæ sunt ad alterum, sed iniustitia perficit uoluntatem solum secundum quod se extendit ad operationes, quæ sunt ad alterum, & similiter iniustitia.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliquis dicatur iniustus ex hoc, quod facit iniustum.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur, quod aliquis dicitur iniustus ex hoc, quod facit iniustum. Habitus enim specificantur per obiecta, ut ex supra dictis patet: sed proprium obiectum iniustitie est